



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>


Coloniae Agrippinae, 1614

De Sacrosancto Sacramento Eucharistiae instructo Pastorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Qui facultatem habet irregularitatem alicui adimendi, non absoluendi, sed dispensandi verbo utetur hoc modo:

Ex commissione mihi facta dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quã vel quas, hac aut illa de causa cõtraxisti (**quando dubium est vtendum conditione, si contraxisti**) & habilito te executioni ordinum & officiorum tuorum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.



DE SACRAMENTO E V C H A R I S T I Æ

Instructio.

I.

SS. Eucharistiæ dignitas, & quæ de ea tractanda.



Vcharistiæ sacramentum, vt inter omnia mysteria à Christo instituta principem locum obtinere extra controuersiam est; ita dubitari non potest, quin summa pietate atque religione confici, sumi, administrari, custodiri, atq; cum opus est, ad infirmos portari debeat.

Euch. materia.

- II.** Duplex est huius sacramenti materia: altera, panis ex tritico confectus, idemque azymus, seu fermenti expers:
- 1.
 2. altera, vinum ex vitis fructu expressum, modicum aquæ permistum habens.

III. Quan-

III. Quamquam autem sacramenti essentia constabit, si aut panis fermentatus accipiatur, aut vinum purum, aqua prætermissa, consecretur; tamen mortiferi peccati reatum non effugient, quicumque sacerdotes id facere præsumpserint.

De pane fermentato, & aqua non admixta.

IV. In aqua vino adhibenda diligenter sacerdotibus animaduertendum est, ut modicam infundant, ita ut longè sit plus vini, quàm aquæ, propterea quod hæc in vinum conuerti debeat.

De aquæ cum vino mixtione. Lib. 3. decretal. tit. de Miss. celeb. cap. Perniciosus.

V. Forma consecrationis panis est. Hoc enim est corpus meum. Consecrationis vini autem. Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Forma consecrationis Euchar.

VI. De effectu ac multiplici fructu huius tremendi mysterij ita loquuntur Patres Tridentini. Sumi autem voluit (Christus) hoc sacramentum tanquam spirituales animarum cibum, quo alantur & confortentur viuentes vitæ illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Et tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Pignus prætereà id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis: adeoq; symbolum vnius illius corporis, cuius ipse caput existit cuiq; nos tanquam membra arctissima fidei, spei & charitatis connexionem astrictos esse voluit, ut id ipsum omnes diceremus, & nec essent in nobis schismata.

Effectus Eucharistie sumptæ. Conci. Trid. sess. 13. c. 2.

VII. Minister porro huius sacramenti conficiendi solus sacerdos est, ritu Catholico ordinatus, neque aliter vnquam

Minister Eucharistie consecrandæ & ad ministrandæ

L

quam

quam in Ecclesia Dei doctum vel creditum fuit. Admini-
strandam verò similiter sacerdos, licet nō omnis, sed is solūm,
cui id velex officio incumbit, velex commissione manda-
tum, aut priuilegio indultum est.

IX. Quapropter extra culpam non sunt tū fideles ipsi,
qui necessitate nulla urgente à quibusuis sacerdotibus cō-
munionem accipiunt; tum sacerdotes, qui nullo delectu
habito tam alienis, quam suis subditis eam porrigunt, nisi
aut licentiam à proprio sacerdote habeant, aut id quod fa-
ciunt, eum gratum ratumque habere credant.

Ministri
sacrificiis,
& admini-
strandis
Euch. qua-
litas.

IX. Sacerdos qui in peccato mortifero sine confessione,
cum confessarius haberi potest, alias contritione præuia,
augustissimum Eucharistiæ sacramentum fidelibus admi-
strat aut consecrat, peccat.

Hostiæ cō-
secrandæ
quales,
quot, &
quomodo
collocan-
dæ ac con-
secrandæ.

X. Hostiæ pro communicantibus consecrandæ sint re-
centes & integræ, nec non eorum qui communicaturi
sunt numerum paululum excedant, præsertim si eo loco
sacerdos celebret, in quo sacramentum asseruari solet.

XI. Eadem in corporali candido, vel vasculo in eum v-
sum præparato ita collocentur, & ad calicem accommo-
dentur, vt eadem cruce calicem & particulas signare pos-
sit intentioque tam ad has, quam ad eam, quam manu te-
net referatur.

XII. Quod si cōsecratione facta hostiæ consecratæ cære-
monias Missæ impediunt, poterit eas vsq; ad cōmunionem
paululū remouere, eaq; peracta, rursus in medio altari col-
locare, vel in tabernaculum deferre, si communio in aliud
tēpus differēda sit ac postea cōsuetudo mē re digitos abluere.

XIII. Quam-

XIII. Quamdiu sacratæ particulæ in altari sunt, tamdiu vnus atque alter cæreus in altari ardere debent. Similiter quando populo impertiendæ erunt.

DE SVMPPTIONE EVCHARISTIÆ, & digna ad eam præparatione itemque suscipientibus.

I.



Eminerint Pastores suarum partium esse fideles crebrò & diligenter adhortari, vt cum frequenter alias per totum annum, tum in festo Paschæ diuinissimum Eucharistiæ sacramentum ex Concilij generalis decreto deuotè & reuerenter suscipiant, nisi & in-

De cõmunionis frequenti, & ea quæ in festo Paschæ.

Concil. Lateran. sub Innoc. III. cap. 21.

Extravag. Eugen. IV.

gressu Ecclesiæ prohiberi & Ecclesiastica sepultura priuari velint. Paschæ autem nomine hîc intelligitur tempus illud, quod Dominica Palmarum, & ea, quæ in Albis dicitur, circumscriptum est.

II. Nec ab officio suo alienum facient, si ex Patrum, & Conc. Triden. sententia doceant, tres esse huius sacramenti percipiendi modos. Primò sacramentaliter duntaxat sumitur, à peccatoribus nimirum, qui sine debita præparatione illud suscipiunt, proindeque fructus omnis spiritualis expertes manent, nec nõ exitium sibi acquirunt. Secundò spiritualiter tantû, quo pacto sumunt illi, qui voto proposito illû panẽ edẽtes fide viua, quæ per dilectionẽ operatur, fructû eius & vtilitatẽ sentiunt. Tertiò demum sacramentaliter simul & spiritualiter; atque hoc modo percipiunt,

Modi percipiendi Eucharistiæ. Concil. Trid. sess. 3. cap. 2.

1.

2.

3.

L 2

qui